



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

197. An massæ panis coagmentata cum aqua maris validè consecretur?
Et quid de iuscupo quod vulgo dicitur Pan cotto? Et quid dicendum, si
farina triticea coagmentetur, & subigatur aqua rosacea? Idem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

tur non officere, non enim mutat substantiam tritici. Difficultas igitur consistit in casu de quo loquimur, an cinnabrum mixtum in dictis hostiis obliteret, ne illae possint esse materia Sacramenti. Et quidem per ea que adducit D.Thom. in 3 p. 9.74. art. 3. ad 3. & ibi Ioan. Præpositus n. 24. si cinnabrum apponatur in notabilis quantitate, non essent materia consecrationis; secus autem si parum apponetur, nam in isto casu non irritaretur consecratio, quamvis esset illicetum cum talibus hostiis consecrare. Et ita hanc sententiam probabilem esse tenet acutissimus, & sapientissimus P. Antonius Perez Societas Iesu, de hac re à me confutus.

4. Sed his non obstantibus non recedo à sententia Eminentiss. Domini mei; nam ut verum factar, tales hostiae non videntur nec sunt panis visualis, & ad hanc rem moralem, ut optimè obseruat Raphaël Averul de sacra Euchar. q. 2. scđ. 3. potius attendi debet conditio materiae visualis ad cibum hominum, quam ratio physica specificæ quidditatibus. Ergo.

RESOL. CXCVII.

An massa panis coagmentata cum aqua maris validè consecretur?
Et quid de insculo, quod vulgo dicitur Pan cotto?
Et quid si dicendum, si farina triticea coagmentetur, & fuligine aqua rosacea?
Idem est de qualibet alia aqua ex floribus, aut herbis distillata.
Et quid, si parua quantitas admisceatur aqua naturali?
Et an mica panis madefacta, & digitis compresa, & facta quasi massa cruda, sit materia consecrabili?
Et cur sim advertitur, quod mustum est materia consecrabili, si tamen cognatur, non erit postea materia sufficiens consecrationis sanguinis.
Et infertur, quod Baptismus collatus cum aqua maris est validus. Ex part. 9. tract. 9. & Misc. 4. Resol. 59. alias 58.

§. 1. **H**os casus non inuenies apud plures pertinatos; & quoad primum negatiū responderet Fagundez de præc. Eccles. præc. 3 lib. 2. cap. 1. n. 14. ubi sic ait: Idem dicendum est, si farina triticea coagmentetur, & subigatur aqua rosacea: nam si tota aqua, aut maior pars illius (& idem de qualibet aqua ex floribus, aut herbis stillata) sit rosacea, ex tali panis materia non fiet Sacramentum: si vero parua quantitas admisceatur naturali aqua, non mutabit substantiam materiae, quia probatissimum est, converti ab alia parte maiori aqua naturali, præterim adiuncta coctione, in qua odoriferet aqua vtoplimum exhalantur; & sic non impedit, quominus ex illo pane fiat Sacramentum, cum sit, & maneat visualis; illicet tamen fieri, & contra usum communem consecrandi, ac conficiendi. Et ratio, ac fundatum est; quia panis communis, & visualis, sicut non sit, nisi ex tritico; ita non sit etiam nisi ex aqua naturali, & visuali, & vtraque res est necessaria & qualiter, ut huiusmodi panis coalescat: ac proinde sicut panis ex alia farina non potest esse materia huius Sacramenti, ita nec etiam ex alia aqua nisi naturali. Oppositam tamen sententiam, scilicet esse validum sacramentum in pane consecratum ex aqua rosacea, licet grauissime peccare, qui hoc tentare efficeret, tenet Caietanus in 3 p. 9.75. art. 7. & ante ipsum tenuit Alexander Alensis 4 p. 9.32. membro 5. art. 1. quibus consentit S. verb. Missa, num. 4. Probat, quia panis consecratus ex aqua rosacea est essentialiter, & verè

panis, solumque ab alio differt in odore, & melius reficit hominem, quam si esset ex aqua naturali confectus. Deinde quia aqua non est pars essentialis panis, sed materia transiens, & concurrens ad panem, in fieri, non autem in facto esse: est enim panis tertium quid resultans ex admixtione aquæ, & farinae, per decoctionem pastæ: & cum dicimus panem, quia panis est, habere formam substantialiem, non debemus conciperi panem tanquam compositionem quoddam ex duobus entibus naturalibus; sed ex materia aquæ, & ex materia farinæ, expulsis suis formis substantialibus, integrari unam materiam totalē, in quam actione ignis introducitur forma substantialis panis: & quamvis ignis multum exhalar de materia aquæ, non videtur tamen negandum, semper aliquid de materia illa remanere in pane. Denique quia si aqua maris, & fluuij, different species, panis ex alteri illarum consecratus esset aptus ad consecrationem ergo, & si aqua rosacea differat species ab aqua naturali, poterit ex ea confici verus panis. Ceterum hz rationes non sunt adeo firmæ, ut hanc sententiam veram efficiant: licet enim panis consecratus ex aqua rosacea sit essentialiter, & verè panis; tamen non est panis visualis, qui in alimentum communiter affluit, ut patet, & ex hoc solo principio, & fundamento non est vera materia huius Sacramenti: sicut ob eandem causam non eritiam materia illius, panis aqua maris consecratus, ac subactus. Hucusque Fagundez.

2. Sed haec opinio non caret difficultate: video contra ipsum sic argumentor. D.Thom. in 3 p. 9.74. art. 7. ad tercium, dixit: Si farina admiscetur aqua, non posset ex eo confici Sacramentum, quia non esset verus panis. Ita ille: Sed aqua maris, ut idem ait, quod 66. art. 4. ad primum, est vera aqua, & idem Baptismus collatus cum aqua maris est validus: ergo panis consecratus cum aqua maris esset verus panis, & idem materia consecrabili. Viderit itaque dicendum contra Fagundez, quod sufficit ut panis dicatur visualis, si sit consecratus cum aqua naturali, sive maris, sive fluminis, sive putei, sive fontis: nam licet ista aqua different species, sicut tamen orares aqua naturalis, secus verò dicendum est de aqua rosacea, nam non est aqua naturalis. Hoc dubium ego explorare volui, quia accepi à fide dignis, in Calabria papere, quia non habent pecuniam ad solendum gabellum falsum, efficeri panem cum aqua maris.

3. Quod secundum respondeo: Insulum panis cocti, non esse materiam consecrabilem. Primo, quia licet olim fuerit panis afflatus, nunc tamen est panis elixus, in quo fieri non potest consecratio, vnde quis inualidè consecrare in his, quod Italice dicuntur Vermicelli, Tagliarini, Maccheroni. Secundo, & melius, quia agente igne, & aqua, panis ille effectus est quoddam mixtum artificiale, & quid diuersum à pane visuali: vnde non dicitur simpliciter panis, ita ut multi assertor non posse sumi in collatione serotina ieiuniū; nec volumn ieiundi in pane, & aqua, adimpleri, si sumetur iuscum panis cocti. Tertiò, mustum est materia consecrabili, si tamen coquatur, non erit postea materia sufficiens consecrationis sanguinis: ac Reichenberg, &c.

4. Nec obstat dicere, quod mica panis madefacta, & digitis compresa, & facta quasi massa cedula, sit materia consecrabili, ut tradit Cardinalis Lugo de Sacram. Eucharist. disput. 4. mem. 3. Heretius disput. 1. difficult. 3. Ochagavia tractat. 1. quaf. 5. mem. 15. & alij; quia per talem mutationem nullo modo amittit coctionem, aut esse panis. Ergo, &c. Non inquam hoc obstat. Primo, quia multi negant talem materiam esse consecrabilem. Ita Trullensis,

ANTIC
OPC
Tom. I
ETC

Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CXCVIII. &c. 115

de *Sacrament.* lib. 2. cap. 1. dub. 1. nnm. 8. & Fagundez
in *præcepto.*; *Ecclesi.* lib. 2. c. 1. n. 12. docet, quod tanta
potest esse *comprehensio*, ut panis *vñus* non sit, nec
materia *consecrabilis*; imo, & ut speciem panis mu-
ter iterum in massam. Respondeo secundo, esse di-
sparem rationem inter *vñus* calum: nam mica
panis madefacta calore tantum digitorum difficile
potest in massam crudam transmutari: sed in nostro
casu, ex potentia, & vi ignis agentis, panis ille verè
efficit quoddam mistum artificiale, diversum quid
à pane *vñus*, vnde vulgo vocatur, *Minestra*: ergo
non erit amplius materia *consecrationis* corporis.
Si tamen omnia supradicta virtus doctis non place-
bunt, eis libenter adhuc tam, & sufficiet mihi illis
materiali speculandi præbuisse.

RESOL. CXCVIII.

*An panis ex Amylo, seu Amylo sit materia apta Sa-
cramenti Eucharistie?*
Et adducitur modus faciendi Hostias in Sardinia. Ex
part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 39. alias 38.

§. 1. Prima sententia affirmit, ita Paludanus in 4.
diss. 11. diss. 1. art. 4. concil. 5., quia id sit ex sub-
stantia, & medulla tritici, Henriquez etiam lib. 8. c. 9.
putat amyolum esse aptum, si ex illo tosto, & in farina
redacto nouus conficiatur panis; pro qua sen-
tentia citat Caietanum, & Sotum; quod Adamo
Tanneri diss. 5. de *Eucharist.* 2. dub. 3. non videtur
improbabile; Quod idem putat Palaus, tom. 4. tr. 21.
panell. 4. qui suam sententiam vocat tantum proba-
biliorem.

2. Secunda sententia negat, ita tenent Docto-
res, quos citat, & sequitur Leandrus de *Sacrament.*

tom. 2. tract. 7. diss. 8. q. 9. quibus ego addo Palauum vñ
suprà Martinum de San Joseph in *Mon. Confess.* tom. 1.
lib. 1. tract. 2. de *Eucharist.* num. 1. Dicastillum de *Sa-
crament.* tom. 1. tract. diss. 2. dub. 2. n. 25. qui cum
aliis putat, hoc est verum, etiam si admittamus, non
diffire species physica à pane. Ratio vero est, quia
non confert panis communis, & *vñus*, nec sim-
plicer panis; & sane cum ex tritico madefacto ex-
primatur aqua non modica, corruptio videtur inde
refulbare; cuius indicium est terribilis odor aquæ,
qua madeficit, & ipsius etiam tritici. Hæc autem cor-
ruptio videtur alterius rationis, quam ea, que fit
cum conteritur inter molas molendini, que contri-
tio per se requiritur ad panem; & sane corruptio
illa, que fit amylo, non tendit ad panem, qua fit in
molendino; facta autem ea corruptione, (proinde
atque cum sit ex vino acetum,) non manet simpliciter
forma, nec panis simplicer, & idem neque ido-
nea materia *consecrationis*. Cuius etiam corruptio
nis signum est non leue, quod panis consecutus ex
amylo diuersæ virtutis est, quam si fieret ex ipso tritico
mola contrito. Addo, quod non sufficeret esse
eiudem speciei cum pane *vñus*, nisi sit simplicer
panis, qualis diximus non esse consecutum ex amylo.

3. Tertia opinio distinguit, quam nouissime
tuetur Augustinus Bernal, de *Sacrament.* disputat. 27.
sel. 2. num. 17. Vel enim amyolum est perfectum, &
absolutè amylo, & ex hoc non videtur posse fieri
materia *consecrabilis*, quia non videtur posse fieri
verus, & *vñus* panis. Nam ad perfectum confi-
ciendum amyolum ponitur triticum in aqua per plu-
res dies, & tunc plane videtur substantialiter cor-
rumpi: tunc quia continua illa madefactio, & hume-
factio valde contraria est ficiat granis inclusæ,
samque penitus destruit, tam deinde quia triticum

ipsum acescit, & pessimum odorem emittrit, tum de-
mum quia massa ex amylo *confecta* valde insipida
est & minimè panem sapit, aut redolent. Quia omnia
simil sumpta indicant tantam corruptionem quan-
tam subit vinum, dum in acetum abiit.

4. Vel amyolum est imperfectum solum modo,
& inchoatum, ita scilicet ut ex tritico per aliquod
breve tempus madefacto, & emollito, & minimè
feci, vel acido exprimatur lacteus humor, & ex
illo amyolum. Ex hoc enim amylo naturali aqua sub-
iecto, & ad calorem ignis allato fieri panis *consecra-*
tionis aptus. Nam & retinebit substantiam, & mo-
dum essentiale panis tritici, & *vñus*, eti supra
communem delicioris, & pretiosioris. Hæc enim
circumstantia non officit, sed potius in Sacramenti
reuerentiam cedit. Sicut non definit Rex, aut Prin-
ceps alius panem triticeum comodere, propriea
quod ex arcite flore, qui polleni diei solet subtili-
sime, & artificio sissime collecto panis ei conficiatur.
Addo cum eisdem, materiam itam, non solum posse
esse validam, sed etiam licetam, vbi eius usus existat.
Similiter enim aliud in Sardinia vigore viri graues,
& fide digni referunt, nempe conficiendi hostias ex
massa *confecta* & humore lacteo ex simila madefacta
expresso, post exsiccationem aqua naturali in mas-
sam redacto, & iuxta communem hostias faciendi
modum ad ignis calorem cocto. Hucusque Bernal.
Sed ego non recedo à sententia negativa superioris
posita, & certum puto ex omnium sententia esse
peccatum mortale in pane ex amylo *confecto* Eu-
charistiam consecrare; nam saltem est materia du-
bia, sicut ex hac ratione esset peccatum gravissimum
consecrare in Tipha, seu fecala, quia valde dubium
est Tipham esse veram speciem tritici; alij negant,
alij affirmant, & sic de similibus.

RESOL. CXCIX.

*An offa panis sit materia utrinque, vel alterius con-
secrationis?*

Et pro firmanda doctrina huius questionis que tota est
subtilis, curiosa & docta, aliqua alia obiecuntur, v.g.
quod vinum congelatum potest consecrari, quamus
non sit proxime potabile, nisi prius liquefas & quod
mustum in uinis inclusum non est materia *consecra-*
bilis, quia suco inclusus in ipsi acynis nondam ex
illis expressus, non est propriæ demonstrabilis, &c.
Et notatur particulas oppositas in Tabernaculo non esse
consecrabiles.

Et an si Hostia in clauso calice continetur, non sit de
consecratione earum dubitandum?

Et quid, si in aliqua arca magna, eaque clausa pau-
cale continetur Hostia, aut cataria vini reser-
vatur, an valeat super his consecratio? Ex p. 9. tr. 8.
& Misc. 5. Ref. 66. alias 65.

§. 1. Causa est curiosus, & inter duos viros Do-
ctissimos agitatus, videlicet, inter Eminen-
tiss. Cardinalem de Lugo, & P. Joannem Dicastillum.
Ratio dubitandi est in primis pro Panе, quia adhuc
perseuerat in ratione Panis, & per modum cibi: ergo
nihil deficit, vt possit consecrari. Pro vino vero, quia
etiam sit intra potos, seu foramina panis, adhuc est
vinum, & quasi in vasculis, seu receptaculis. Nam si
fierent ex metallo, auro, argento, aut alijs materia vas-
cula tam parua, sicut sunt poti, & cavitates panis, &
diceret verba Sacerdos cum sufficienti intentione, &
alijs requisitis ad valorem, non appareret cur negan-
dom sit, consecrationem valere: parum ergo referti,
quod vascula, & receptacula sint ex pane.

K 4 2. Verum